

1436. 18. Julii Ex Orig. arch. Regni.

167.

Littere Invadiationis Dobzschyca,
id per Albertum Malsky Pala-
tinum Lanciciensem.

36

Nos Albertus Malsky Palatinus Lancicien-
sis ac Magistercuria Reginalis, Recognosci-
mus tenore presentium quibus expedit uni-
versis, nos cum Generosis ac strenuis Ni-
colao terre Cracoviensis Subdagnifero etc: Nec
non Johanne Germanis indivisis heredi-
bus de Brzeze de bona et spontanea vo-
luntate tale mutuo inter nos pactum
habuisse et habere, quod receptis ab eisdem
tricentis marcis monete et numeri Polo-
nicium in medijs grossis, ipsis Ca-
strum Dobzschyca una cum opido et
villis per nos a Serenissimo Principe do-
mino ac Domino Vladislao Diva me-
morie Rege Polonia Domino nostro gra-
tiosissimo pro serviciis nostris cum omni
jure opido et villis tentum et possessum
necnon ad vite nostre tempora tenendum
et possidendum resignamus cum eo jure
quo nos ipsum castrum sic ut premit-
titur tenebamus, et tenere habebamus, ipsos
que a data presentium ad sex anno-
rum continue se sequentium spatium, et
deorsum ab omnibus personis hoc
jus ipsorum sic jam per nos ipsis re-
signature

signatum insultantibus defensare protegere
et tueri juxta posse nostrum ultimatum.
Decrevimusque cum Dominis prenaratis
de mutuo et unanimi consensu unguis
annis jam expressis, quinquaginta marcas
pecuniarum nobis ita ut expressum est
assignatarum fore defalcandos. In casu
autem, si quod absit, memorati domini
Nicolaus et Johannes, infra sex annos
jam descriptos, ad resignationem castri ante
lati Dobrichiensis per quempiam jure
fuerint astricti, eamne nos et nostri succes-
sores legitimi a die seu tempore, quo ipsi
castrum hujusmodi resignaverint eis ad fi-
nem sexenii jam expressi per quinquagin-
ta marcas obligabimur et obligabuntur
per presentes, peractis vero eidem sex
annis multoties dictis, domini sepe-
fati eadem bona ad finem vite nostre
cum eodem jure possidebunt et tene-
buntur. Datum in nova civitate feria
quarta proxima ante festum Sancte
Margarethe, Anno Domini millesimo,
quadringentesimo, tricesimo sexto. Harum
quidem sigillum nostrum est appensum
testimonio literarum. Presentibus Vene-
rabili Generosoque ac strenuo, Bartho-
lomeo de Conin terra Dobrinensis ac Regi-
nali cancellario, Borhone de Tschonyecz
in terra Russia Succamerario Reginali.
Siborio.

Siborio Chetmsky, Moxeryngio de Dnye,
 Michowicze, Francisco alias Junta de
 Jeweryere, et Jacobo Byelzech de Bro,
 Ma, et alii quam pluribus fidedignis
 testibus ad premissa.

Ja Kopia przepisana z Orz
 ginatu pargaminowego, u Kto
 go Wisi preeze Zepsuta na ka
 wiasce pargaminowej. Roku
 M.D.C. de 24. Aprilis

Masowa

